

Heinrich Rudolph Redecker Wilhelm Boye

Dissertatio Iuridica De Traditionibus

Rostochii: Kilius, 1575 [i.e.]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74731795X>

Druck Freier  Zugang



K. K. — 2(90.)

1. Carr
2. Bar
3. Sca
4. Fel
5. lat
6. ut
7. B
8. B
9. C
10. B
11. C
12. C
13. C
14. D
15. A
16. B
17. B
18. B
19. B
20. B
21. S
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30. C
31. S
32. C
33. A
34. A
35. A

1. Curven de actione funeraria.
2. Bartholdi de concunhu dotis et fisci.
3. Prothicher de munerum et immunitatum jure.
4. Felch de re venatoria ejusque annexo jure.
5. Saker de jure decerpenti ponum in alieno.
6. Schultes de jure patronatus canonico.
7. Pocht de cautione de non offendendo.
8. Obrecht. sacra terminè.
9. Conring de summae potestatis subiecto.
10. Conring de optima republica.
11. Conring de regno.
12. Conring de boni consiliani in republica munere.
13. Scheurel. de divitiis deq; inventione nummi et usu.
14. Obrecht de resillo imperiali.
15. Masou. de processu exceptionis quae ob transactionem parti
agenti objici solet.
16. Redeker de subditis.
17. Redeker de traditionibus.
18. Radov de jure nevespitatis.
19. Radov. de horreis publicis.
20. Radov. de nevespitate inveniendi matrimonium.
21. Radov. de delictis carnis.
22. Struv. de jure liberorum.
23. Struv. de reliquis. non in suis.
24. Struv. de pacto hereditatis conservativo.
25. Struv. de Judaeis.
26. Kämpfer de jure coloni partiaris.
27. Kämpfer de jure appulvris.
28. Meyer de jure circa cadavera punitorum.
29. Arianus. de veterum juris interpretum distinctionibus quas
magistrales vocant.
30. Bremen de tractatibus.
31. Reyster de oblatione.
32. Philippi de usu. non communium odor siphustus Inbraus.
33. Welz de jure particularibus statutis et consuetudinibus.
34. Mylius de economie vetito ad L. S. C. de juris: omni: jud:
35. Deick de usu divortiorum.

36. Martini de monte pietatis.
37. P. Müller de odio variationis.
38. Starpprecht de admittatione personae extraneae in dispositione parentum inter liberos.
39. Rokit jura fidejussoris convenire volentis principalem debitorem antequam ipse mori.
40. P. Müller de gradu doctoris.
41. Schwendendörffer de communionem bonorum conjugali.
42. Rokit de reticentia.
43. Lyncker de nominatione loci criminis.
44. Schroeder ad l. fidei committentem C. de inofficiosis dotibus.
45. Eysen de factoribus.
46. ~~Styber~~ de jure commutationum apud veteres Germanos. Sect. 2.
47. Hasse de litis contestatione an et quatenus bonae fidei possessor per eam in mala fide constitutatur?

DISSERTATIO JURIDICA

De

TRADITIONIBUS,

Quam,
DEO JUVANTE,
PRÆSIDE

DN. HENRICO RUDOLPHO REDEKERO,

ICto, & Antecessore Univ. Rost.

Celeberrimo,

DN. Fautore, & Præceptore suo æternum venerando.

Ad diem XVIII. Aug. A. C. M. D. LXXV.

in auditorio majori, publico eruditorum

examini exponet,

WILHELMUS BOYE,

Boizenburgâ Mechlenb.

AUTHOR.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.

DISSERTATIO JURIDICA

DE
TRADITIONE
NIBUS

DEO IUVANTE
PRESIDE

DN. HENRICO RUF-

DOLPHO REDKERO,

ICIO, & Accessore Univ. Ross.

DN. FRIEDR. & PRÆCEPTORIS RECI-

ALIIUM KNIL. A. C. M. D. LXXV.

WILHELMUS BOYE,

Boizenburger Medici.

AUTHOR.

ROSTOCK.

THE JOHANNIS KILII, Typographi Typogr.

11/17

B. D.
de
TRADITIONIBUS.

Th. I.



Nempe absurda est *Hugonis Grotii* doctrina, sed ex ipsius rerum argumentis potius probata, & à *JCtis* dudum inculcata, quâ acquisitionem rerum originariam à derivativâ distinguit, *lib. 2. d. jur. P. & B. c. 3. n. 1.* Ut enim illa cum genere humano, utilitate & necessitate exigente, cepit, *l. 5. de J. & J. §. 2. Inst. d. R. D.* ut, quod nullius est, occupanti cedat, *pr. & §. 12. J. d. R. D.* ita hæc acquisiti domini translationem respicit: quod eleganter innuere videntur Imperatores, quando *in l. 20. C. d. pact.* hanc juris regulam proponunt, *Traditionibus & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis, transferuntur.* Quanquam enim pactis, seu conventionibus, lege probatis, obligatio, ad aliquid dandum, faciendum vel præstandum, constituitur efficax. *l. 3. ff. O. & A.* attamen ut possessio, vel dominium, factâ acquisitione, ab uno in alterum transeat, factum aliquod alienandi requiritur, quoniam regulariter id quod nostrum est sine facto nostro ad alium non transit. *l. 11. l. 54. de*

A

R. I. Va-

R. 7. Valida itaque conventio esse potest, ut aliquem necessitatis nexu ad aliquid dandum constringat, *pr. J. d. obli* aut ipse titulus obligandi, à modo possessionis, vel domini transferendi, omninò diversus est. Proinde in ipsa juris principia miserè impingunt, qui ipsum titulum à modo transferendi curatè discernere nesciunt. Ego itaque in animum induxi meum, de Traditionis nobili materia, utpotè præcipuo transferendi possessionis, vel domini modo, sequentes theses publico examini, *Bono cum Deo*, exponere.

Th. 2. Traditionis verbum à tradere derivari, apud Grammaticos, in confesso est, dicitur autem tradere potius, quàm transdare, elegantix causa. *Heig. ad S. 4. d. R. D.* quod in reliquis hujuscemodi derivatis apud Latinos non est in frequens *Gregor. Thol. l. 20. Syntagm. Jur. c. 10. n. 1.* Uti autem tradere tum apud Latinos, cum apud *JCtos* plura significat, ita de verbo traditionis idem erit judicium, adeò ut traditor Tacito, *lib. 4. Hist. c. 24.* etiam idem sit, quod proditor, junge. *Marc. c. 14. v. 44. Mart. in lexic. Philol. b. v.*

Th. 3. Cæterum in jure nostro Traditionis verbum sumitur (1) *generaliter*, & idem significat, quod potrigere, præstare & concedere. *l. 6. §. 1. precar.* Sic tradit deprensus, commodans, locator, *§. 2. J. quib. mod. re contrab. obl. l. 11. ad L. Cornel. d. Sicar. Theoph. de R. D. Spieg. b. v.* quæ traditio haud incongruè nuda. *l. 31. A. R. D. l. 1. §. fin. d. publ. in rem. act.* & possessio inde precaria vocatur *l. 2. C. de præscr. 30. vel 40. ann. & asinina Gl. in l. 29. ff. d. A. P.* quia rei tantum tenendæ potestatem, sine ullo jure in re, tribuit. *l. 39. ff. locat. l. 8. ff. comm. l. 10. §. 1. l. 18. pr. ff. d. A. P. l. 7. d. interdict. l. 14. d. usu & habit.* (2) *specialiter*, & tunc iterum vel *proprie*, vel *improprie*. *Improprie* ad res etiam *incora*

incorporales extenditur, quæ propriè traditionem non
recipiunt. l. 1. in fin. ff. d. servit. præd. rust. l. ult. de servit.
l. 11. §. 1. de publ. in rem act. junct. Theoph. d. l. l. 43. §. 1. d.
A. R. D. Propriè refertur ad res corporales, quæ per ma-
nus traduntur, quasi de manu in manum translatio
Theoph. §. est & naturalis. d. l. Inst. d. R. D. l. 10. d. jur. Codicill.
& tunc vel est modus transferendi possessionem l. 68. §. 1.
l. 78. §. 1. d. contr. empt. l. pen. in fin. d. A. P. l. 12. d. vi & vi
arm. l. 15. C. d. R. V. l. 47. d. R. V. ubi vetustè tradituri legi-
tur pro traditum iri, jung. l. 47. §. 3. d. fideic. lib. Hottom.
b. v. vel etiam dominium, §. 3. 4. & 5. J. per quas pers. nob.
acquir. §. 40. J. d. R. D. l. 9. §. 3. A. R. D. l. 20. C. de pact. &
tunc tradere idem effectivè significat, quod dare, seu do-
minium transferre, l. 4. d. usur. §. 14. J. d. act. adeoque neu-
tquam consentimus Spiegelio, qui putat verbum tradi-
tionis in d. l. 20. sumi impropiè. Quamvis strictè aliud sit
dare, & aliud tradere. l. 28. de V. O. l. 4. de Usur. Hottom. 22. 17.

Th. 4. Interim nequaquã Barnabæ Briffonii, J. Cti cœ-
terum exquisitissimi, sententiæ subscribere possumus, qui,
voce traditionis, omnes acquisitionum species compre-
hendi, ut stipulationis verbo obligationes, asserit. quam-
vis enim in l. 14. d. usu & habit. l. 27. §. 1. ad Scitum Trebell.
l. 33. 39. d. A. R. D. l. 12. d. auct. tutor. l. 12. §. 1. d. captiv. & post-
lim. revers. & passim, vox traditionis & stipulationis relativè
conjugantur; attamen illam pro omni acquisitionum
specie sumi analogiæ juris haud convenit, quoniam ori-
ginaria acquisitio, quæ fit per occupationem, nullâ ra-
tione sub traditionis voce, propriè, vel impropiè sum-
ptâ, continetur. Nec minus mihi suspecta est sententia
Taboris, qui omnes acquirendi modos singulares ad
unum summum genus, nempe traditionem, revocari
posse, per arg. l. 7. §. ult. d. Procur. l. 20. C. de pact. Vultej
lib. 1. jurispr. tit. 69. statuit: isthæc enim sententia, neque ex

dictis LL. neque ex Vultejo, ullo modo probatur, nec rationi juris conveniens est, cum tradere & acquirere idem haud significant, quamvis certo respectu, & certo acquirendi genere sint correlata.

Th. 5. Postquam itaque ex superioribus patet, verbum traditionis, propriè dictum, ex intentione & facultate agentium, modo possessionis, modo autem acquisitionem domini denotare, hinc facillè colligitur, nec Theophili definitionem, cui traditio est de manu in manum translatio, mihi sufficere; quoniam isthæc duntaxat ad res mobiles refertur, cum tamen traditionis verbo etiam immobilia contineantur. *l. 2. C. d. crim. stellion.* quippe quæ æque ac mobiles possunt possideri. *l. 4. C. d. A. P. l. 3. l. 23. ff. eod.* Et vel ideo definitio isthæc vim perfectæ traditionis non explicat, quia fieri potest, ut res, cujus tamen iustus possessor non es, de manu tuâ, in manum alicujus transeat, nec tamen inde formalis traditio resultat, *Cujac. l. 1. O. 19.*

Th. 6. Quoniam autem traditio propriè dicta, mediante iustâ possessione, modo usucapiendi potestatem concedit. *l. 1. ff. de publ. in rem act.* modo autem dominium rei traditæ transfert *§. 40. J. de R. D. l. 9. §. 3 ff. de A. R. D. §. 3. & §. 7. per quas pers. nob. acquir.* apta in utrumque casum videtur esse definitio, quam *Cujac. d. lib. 11. obs. 19.* supereditat, quod sit *datio seu translatio possessionis l. 2. §. 1. l. 3. ff. de act. emt. l. 28. de V. O.* per possessionem enim hic non nudam denotare volo detentionem, sed iustam possessionem, quæ ita in accipientem transit, ut à domino facta, ius domini, *l. 20. ff. de A. R. D.* à non domino autem, opinione tamen domini, usucapiendi potestatem præbeat *d. §. 3. & §. 7. per quas pers.* certa enim & indubitata juris regula est, quod dominium à possessione ceperit, & quod proin regulariter sine possessione acquiri non possit *l. 1. pr. de A. P.* Nam
priva-

privatus in privatum non potest dominium ipso jure
transferre, sed accedente aliquo facto externo. *l. n. d.*
R. J. h. e. vacuæ possessionis traditione, titulo, seu
causâ, ad transferendum dominium habili, quo se
possessor tueatur, munitâ, l. i. pr. l. 3. §. i. de publ. in rem
act. l. 31. ff. de A. R. D.

Th. 7. Verum enim vero haud modicam dubi-
tandi rationem jctus *Ulp. in l. 1. §. ult. de publ. in rem.* mo-
vet, quæ etiam ad *l. 20. c. de Pact.* pertinet; cur traditionis
duntaxat & usucapionis Prætor fecerit mentionem, cum sa-
tis multæ sint juris partes, quibus dominium quis nanci-
sccretur? ut puta legatum, quod scilicet ipso jure transit, à
morte testatoris, in legatarium, *l. 64. ff. de furr. hereditas*
l. 23. de A. P. & aliæ acquirendi species *l. 2. l. 3. de publ. in rem.*
Unde Gl. & alii magni nominis DD. in eam iverunt sen-
tentiam, quod dominium sine possessione possit acquiri,
idque per *Leges ab Hotom. Q. 2. ill. ii.* in contrarium ad-
ductas, & resolutas. Quamvis autem illis dubiis non
responderit Ulpianus, attamen distinguendum erit, inter
dominium quod ex facto hominis, & illud quod ex provi-
sione legis, transfertur, *l. 23. de A. P.* adeoque inter regu-
lam, & exceptionem. Nec minor fortean dubitatio est,
cur inter traditionem & usucapionem *in d. l. 20.* fiat oppo-
sitiõ, cum usucapiendi facultas, æque ac domini trans-
latio, traditione perficiatur? Ast ratio oppositionis in
eo consistit, quod traditio, eminenter considerata, domi-
nii alienationem inducat, relativè autem ad usucapio-
nem duntaxat referatur, in quâ perficiendâ & dominio ad-
jiciendo, plura requisita colliguntur. *DD. ad pr. Inst. deo*
usuc.

Th. 8. Dividitur traditio I. in *Naturalem & Civilem:*
illa fit per simplicem possessionis abdicationem, & quidem

in re mobili, per translationem de manu in manum, quæ
ideo strictissimè vocatur traditio *Gregor. Tholos. in Syn. Jur.*
l. 20. c. 10. n. 9. in re autem immobili, per inductionem in pos-
sessionem fundi. *l. 12. C. de probat. l. 13. C. de distr. pign. l. 8. l.*
34. ff. l. 2. C. de A. P. Hec, præter nudam possessionis remis-
sionem certa habet requisita, sine quibus alienatio non
procedit. Eaque considerantur vel in rebus secularibus
vel ecclesiasticis, de quibus infra curatius dispiciendum
erit.

Th. 9. II. In *Veram & Figuratam*. Illa est, quando ipso
actu res de manu in manum datur, vel quis reapse in pos-
sessionem fundi ducitur. *d. l. 5. 34. ff. l. 2. C. de A. P.* quæ tra-
ditio quoque dicitur longæ manus. *l. 79. d. solut.* Quam
perperam *Puffend. d. J. N. lib. 4. c. 9. §. 8.* tunc fieri dicit, quan-
do res non immediate alterius corpori admovetur, sed vel
propius vel eminus demonstratur. *vid. l. 1. §. pen. l. 18. §. 2.*
d. A. P. junct. l. 79. d. solut. *Figurata* iterum vel *ficta* est,
vel *Symbolica*: Uti autem fictio juris fit per repræsenta-
tionem imaginariam, non quasi ens rationis sit, vel nu-
dum intellectus figmentum, sed quia adversus veritatem
ex justa causa disponit, & extra considerationem juris non
subsistit: ita ut quidem non sit naturæ veritas, naturam
tamen rei, in cujus locum surrogatur, quæsito quodam
colore, imitatur. *l. 23. ff. d. lib. & posthum. §. 4. J. d. adopt.*
ubi DD. actumque imaginarium designat, qui legis præsi-
dio certæ utilitatis causâ firmatur, & ita fides facti, non
interveniente veritate, simulatur. *l. 54. d. O. & A. passim*
que in jure probatur. §. 6. J. Quib. mod. jus pot. §. 1. d. test.
ordin. §. 1. & 2. quib. mod. toll. oblig. l. 46. ff. Locat.

Th. 10. Ficta itaque traditio est, quæ res non ipso actu
traditur, tradi tamen interventu rei cujusdam alterius
intelligitur. Eaque vel ex nudis verbis oritur, quam vo-
cant

eantraditionem brevis manus l. 43. §. 1. d. jur. dot. l. 3. §. 12. d. donat. inter vir. & ux. Hottom. qv. ill. 41. quando scilicet res alicui commodata, locata vel apud eū deposita, adeoq; titulo precario possessa, mediante novo titulo, ad transferendum idoneo, tradita fingitur: vel etiam, si is, qui mihi dare volebat, vel debebat, meo jussu tertio dat; tunc enim fingitur illa res mihi data, & à me ad tertium profecta esse, d. l. 3. & §. 44. J. d. R. D. l. 9. §. 5. l. 21. §. 1. d. A. R. D. quo etiam pertinet famosissima illa lex 28. C. d. donat. quam Azo inter mirabilia mundi refert, quā rei meæ proprietatem, retento usufructu, alii assigno. Brunnem. d. l.

Th. ii. *Symbolica* traditio est, quæ fit interventu tesserae cujusdam, sine actuali rei translatione, tanquā per symbolum aliquod, ut si ad res inclusas tradantur claves, idq; apud ipsam cellam, seu horreum; hæc enim est figurata traditio frumenti aut vini. §. 45. J. d. R. D. l. 74. d. contr. empt. l. 1. §. ult. d. A. P. l. 9. §. 6. d. A. R. D. item si trabes obfigentur. l. 14. d. peric. & commod. rei vend. vel instrumentum, tradatur l. 1. C. d. donat. vel custos apponatur. l. 51. d. A. P. Ad figuratā tamen traditionem res pro derelicto habitæ, vel missiliū projectio, de quib⁹ in §. 46. & 47. J. d. R. D. agitur, nō pertinet: quoniā ex mente derelipientis & projicientis hic omninō subest traditio, quamvis incerta sit illa persona, quæ ita projectum seu derelictum occupaverit; occupanti enim res tradita intelligitur, tam ex voluntate abjicientis, quam ex intentione occupantis. l. 5. pro derelict. l. 9. §. 7. d. A. R. D.

Th. 12. III. In *propriam*, & *impropriam*: Illa est rerum corporalium, quæ in sensus externos incurruunt, adeoque actu apprehendi, vel de manu in manum dari possunt. §. 1. J. d. Reb. corp. & incorp: ubi Bachov. & alii DD. Hæc, quæ alias quasi traditio dicitur, est rerum incorporalium, quæ

um, quæ nihil aliud sunt, quam qualitates, vel potius
relationes, quas jus circa res corporales producit, adeoq;
nec tangi, nec possideri possunt, quia in jure consistunt.
§. 2. *J. d. reb. corp. & incorp. Theoph. d. l. harum itaq; rerum*
non est propria, sed impropria & quasi traditio. l. 4.
§. 27. d. usucap. l. 6. ff. d. donat. l. 1. §. 21. d. A. P. l. 9. §. 3. &
legq. d. A. R. D. l. 74 d. contr. empi. l. 1. C. d. donat. in quibus
patientia & cessio à parte præstantis, usus verò à parte ac-
quirentis, pro traditione possessionis habetur. l. 43. §. 1. d.
A. R. D. l. ult. ff. d. servit. l. 3. d. usufr.

Th. 13. Jus naturale, quod etiam gentium jus
vocatur §. 11. & 41. *J. d. R. D. sine dubio causa efficiens tra-*
ditionis remota est. Postquam enim rerum dominia
sunt distincta *l. 5. de J. & J. nihil tam conveniens est na-*
turali æquitati, quam voluntatem domini, volentis rem
suam in alium transferre, habere ratam §. 40. J. de R. D.
nec convenientius remedium ipsa ratio suppeditare po-
tuit, quam ut, per factum tradendi, in alium transferatur,
quod meum fuit l. 11. de R. J. l. 9. §. 3. l. 26. de A. R. D.

Th. 14. Uti autem in traditione rerum duæ sunt
personæ, tradens, & accipiens, ita in utraq; certa idonei-
tas desideratur; In tradente 1. Potestas rei alienandæ,
Hanc (1) habet Dominus, qui absolute sui juris est *per §.*
4. J. d. R. D. l. 20. pr. ff. d. A. R. D. l. 54 ff. d. R. J. tum enim
dominium cum sua causa per traditionem transit. l. 67. d.
contrab. empi. l. 21. C. mand. (2) (qui jussu Domini rem tradit,
nā quod quis per alium facit, hoc ipsum ipse fecisse puta-
tur. l. 108. d. R. J. c. 72. eod. in 6. l. 9. §. 2. d. donat. l. 9. §. 4. A. R. D.
Ita Procurator speciale habens mandatum. l. 11. §. ult. d.
pignorat. act. l. 33. d. acq. poss. l. 41. d. reb. cred. & cui admi-
nistratio universorum bonorum vel certæ negotiationis,
cum liberâ administrandi potestate, commissa est. §. 43. J.
l. 58.

l. 58. ff. de Procur. l. 17. §. fin de J. J. l. 9. §. 4 ff. de A. R. D.
ubi Gothofr.

Th. 15. Maritus igitur, qui rerum dotalium, non quidem ratione naturali, at a tamen subtilitate legum positivarum Dominus habetur, *l. 30. C. d. jur. dot. l. 9. C. de R. V.* non tantum rem mobilem dotalem, sed & fundum dotalem æstimatò datum, tradere, & per traditionem in alium transferre potest. *arg. l. 32. d. pact. dot.* sic tamen, ut attendatur cautio ab Africano *l. 11. ff. d. fund. 102.*, prolata. talis enim fundus, nisi electio mulieris sit, marito, præviâ æstimatione, quasi venditur, & periculum, post æstimationem factam, ad eum pertinet. *l. 1. §. 1. ff. d. æstimat. act. l. 10. ff. d. jur. dot. pr. Inst. quib. al. lic.*

Th. 16. Proinde cum *Pufend. lib. IV. c. IX. de iure nat.* non est concludendum, quod translatio seu traditio rerum ex domini pleni naturâ resultet, id enim *l. 46. de A. R. D.* contrariatur, adeòque nec novum, nec rationi naturali repugnat, ut is qui dominium non habeat, alii dominium præbeat; Magistratus enim judicando, creditor pignus distrahendo, & tutor atque curator administrando res, quarum domini non sunt, alienare possunt. *l. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. un. C. de Jur. dom. impet.*

Th. 17. Nam creditor proprietatem rei jure pignoris datæ non habet, *§. 1. J. quib. alien. lic. l. non. l. 9. C. d. pign. act. l. 35. in fin. ff. cod. l. 12. ff. d. dist. pign. l. 17. §. 11. ff. d. edil. edict.* ejus tamen & possessionem & proprietatem, quæ duo conjunctim sumptæ faciunt dominium, *l. 2. C. d. pact. l. 12. C. d. probat. l. 18. C. d. distr. pign.* sive pactio sit interposita, sive non, *l. 4. ff. d. pign. act.* modo legitima præcesserit denuntiatio, in alium transferre potest. *§. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non, ubi Vinn. & DD. communiter.*

B

Th. 18.

Th. 18. Tutor etiam & Curator, quamvis do-
mini rerum pupillarum non sint, sed, quantum ad pro-
videntiam pupillarem, Domini loco duntaxat habentur.
*l. 27. ff. d. administr. & peric. tut. l. 56. §. 4. ff. d. furt. l. 157.
pr. d. R. 7. res pupillorum mobiles, quæ servando servari
nequeunt: sed vestes contritas & similia, absq; decreto præ-
toris, licitè alienant, & pignori vel hypothecæ subijciunt.
l. 22. in fin. C. d. administr. & peric. tut. Navi. System: jur: in
C. p. 224. Gutierrez: d. tutel. part: 2. c. 21. n. 1. Jacob. Thomings:
decis. 31. n. 7. & 8. Montanus d. tutel. n. 54. & 55. imò etiam
res immobiles, adhibito tamen Magistratus decreto,
alienare possunt. l. 1. & t. t. de reb: ear. qui sub.*

Th. 19. Jam videndum de illis, qui, licet rerum suarum
domini sint, attamen transferendi potestatem, contra
*l. 21. c. mand. non habent. Talis autem prohibitio fit à le-
ge, tum propter ætatem, tum propter vitium quoddam
corporis, tum propter specialem æquitatis rationem, &
ita traditio contra legis prohibitionem facta nullum pro-
ducit effectum. l. 5. C. d. LL. quia pro infectis potius habentur,
quæ contra jus fiunt. c. 38. d. R. l. in. 6. l. 10. C. d. prad.
& aliis reb: min: l. 15. ff. d. Condit: Insti.*

Th. 20. Propter ætatem Pupillus & Minor pote-
statem alienandi non habent, ille enim se ipsum defende-
re §. 1. *Inst. d. tut:* hic verò bona sua administrare nequit
pr: J. d. Curat: quapropter prior tutorem, posterior curato-
rem habet, sine quorum auctoritate rei, ex certa quoque
causa traditæ. *l. 3. in pr: ad SCtum Maced. possessionem non
transferunt. §. 2. Inst: quib: alien: licet vel non l. 9. pr. ff. d.
autb: tut: l. 3. C. cod: l. 11. d. A.R. D. l. 15. ff. d. solut: imò si cre-
ditori solvant, ne quidem nummos accipientis faciunt
d. §. 2. l. 9. §. 2. ff. d. autb: tut: §. ult: in fin: J. quib: alien: lic. vel
non l. 14. §. ult: d. solut: Vinn: ad h. §. Borcholt: ad b. §. n. 2.*

Th. 21.

Th. 21. Hinc Dd. communiter quærunt, num
res, quæ à pupillo creditori in solutum tradita, nec facto
quidem creditoris, sed casu aliquo fortuito, ut incendio,
ruinâ, vel rapinâ consumpta est, pupilli, aut creditoris
periculo sit? Res quidem regulariter suo perit domino,
l. 9. d. pigner. act. Atqui à pupillo vel minore pecunia,
soluta non fit creditoris. Ergo pupillo perire videtur.
Verum enim verò favore ætatis receptum est, ut iactura
hæc non pertineat ad pupillum aut minorem, sed ipsum
creditorem teneat, quoniam quæ in commodum & utili-
tatem pupillorum aut minorum constituta sunt, ea non
debent in eorum odium detorqueri, aut creditori pro-
desse. *Bach. ad d. §. nunc admonendi. Inst. quib. alien. lic. vel
non. in fin. n. 2.* Imo nec accedente auctoritate tutoris, aut
consensu curatoris rem, sive mobilem, sive immobilem,
si servando servari queat, alienare possunt. *l. 22. C. d. ad-
ministr. tut.*

Th. 22. Propter vitium verò corporis vel animi,
alienare non possunt muti, surdi, quia loqui & audire non
possunt quid agatur; prodigi, quia ipsis bonorum admi-
nistratio inter dicta est *l. 6. de V. O. junct. §. 2. quib. non est
permis.* mente capti & furiosi, quia non intelligunt quod
agunt *l. 5. l. 40. de R. J.* adeoque his omnibus curatores
dandi sunt, quia rebus suis ipsi superesse non possunt, mi-
nus eas tradere *l. 1. §. d. t. de Curat. furios. l. 6. de V. O.* Hi igitur,
cū sint in curâ, & quidem extraordinaria, ordinaria enim
majoribus datur *l. 1. ff. de min. Bach. ad §. 3. d. Curat.* sine con-
sensu Curatorum nihil alienare possunt. Nec est quod quis
objiciat *l. 3. §. 4. ff. d. min. ubi Prætor minoribus in alienatio-
ne auxilium fert, pro in non majoribus,* illud enim intelligen-
dum de majoribus nullo vitio, nec corporis, nec animi
laborantibus non de illis qui curatore egent.

Th. 23. De cæcis aliud dicendum: satis enim hi sibi suisque rebus prospicere possunt, cum & Judices & Senatores esse non prohibeantur. Quod exemplum Appii Claudii probat, qui cæcus consiliis publicis interfuit, & in Senatu severissimam dixit sententiam de Pyrrhi captivis. *l. 1. §. 5. ff. d. postul. l. 6. d. jud.*

Th. 24. Lege prohibentur tradere, qui quidem dominium rerum plenum, vel etiam directum aut utile habent, sed propter singularem juris dispositionem alienare, ac proin res tradere, non possunt, tales sunt (1) Maritus & Uxor, respectu rei dotalis, in qua licet ille civile, hæc naturale dominium habeat, *l. 30. C. d. jur. dot. tradendi potestate non gaudent. pr. J. quib. alien. licet. vel non. l. 17. d. l. D. l. 13. §. 2. d. fund. dotal.* (2) Pater atque filius respectu peculii, ne alteri ratione ususfructus, alteri ratione proprietatis fiat præjudicium *l. 1. C. d. bon. matern. l. ult. §. 5. C. d. bon. quæ liber. juncto §. 1. & 2. Inst. per quas person. nob. acquir.* (3.) Dominus Feudi, & Vasallus, qui Feudum cum effectu tradere non possunt, quoniam respectus directi & utilis domini utriusque impedimento est. *2. Feud: 8. & 9. 2. Feud: 52. & 55.*

Th. 25. Secundum traditionis requisitum est tradentis pariter & accipientis voluntas, quoniam in omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrat, oportet affectus, ex utraque parte contrahentium *l. 55. ff. de O. & A.* In tradente quidem ut innotescat rem à volente transire, nec invito per vim eripi *§. 40. l. de R. D.* in accipiente autem, quia invito non acquiritur *l. 69. de R. l.*

Th. 26. Præter voluntatem simplicem requiritur tertio consensus & scientia circa rem ipsam, quia non potest is, qui errat, ex proposito censeris egisse, quia errantis nullus est consensus *l. 1. §. 2. de R. l. l. 15. de Jurisd: l. 2. de*

l. 2. de Jud. l. 2. §. 16. pro Emi: nam quæ præparato animo perfici debent, præter nudam voluntatem, certam & in dubita tam scientiam requirunt *l. 76. de R. l. adeoque errans tradendo rem non transfert l. 3. §. 8. ff. de cond. causa: data. l. 35. d. A. R. D.*

Th. 27. Error autem quadrupliciter committitur.

(1) in re ipsa (2) in persona (3) in personæ qualitate & (4) in causa seu titulo. *Hill. ad Donell. lib. 2. c. 16. Lit. A. Zasius in l. 31. ff. d. R. C.* Si itaque error sit vel in ipsa re, vel in persona ipsa, dubium non est, quin traditio impediatur *l. 36. d. A. R. D. l. 24. d. A. P. l. 52. §. 21 ff. d. furt.* Si autem error in qualitate fuerit, non obest. *l. 34. de Contrab. Emi.* pariter in causa seu titulo, dummodo in genere conveniant, ut utraque efficax sit ad transferendum dominium, utut numero discrepent: & ita non officit *l. 18. ff. d. R. C.* quippe quæ non negat dominium ex tali traditione transferri, sed duntaxat quod contractus teneat. Adeoque id, quod traditum est, accipientis sit ex generali voluntate agentium, quorum uterque in eo consentit, ut dominium tradendo transferatur, quamvis in causâ tradendi dissentiant.

Th. 28. Quartum requisitum est ut fiat traditio vacuæ possessionis, i. e. ut nemo alius veram rei possessionem habeat *l. 12. C. de probat. l. 13 ff. de distract. pignor.* uti enim duo in solidum, hoc est, cum affectu domini, non possunt rem possidere, ita eatenus vacua debet esse possessio, ut in accipientem transeat dominium vel usucapiendi conditio *§. 3. & 5. J. per quas pers. nob. acquir.* adeoque non refert, si alius fortè rem ex titulo precario *l. 2. §. 11 de A. E.* quo etiam referimus, si ex decreto Magistratus quis in bonorum possessionem missus sit, teneat. *Strauch. Dissert. 6. de Acq. Poss. & Dom. th. 37.*

Th. 29. Quintum requisitum est, ut voluntas tra-

B 3

dentis

dentis declaretur ex causâ vel titulo ad transferendum do-
minium habili *l. 31. de A. R. D. §. 40. f. eod.* nam jocus & lu-
dus videtur traditio, nisi causâ & titulo firmetur *l. 12. ff. de
accept.* quia nuda & indiscreta traditio ad transferendam
possessionem non sufficit *d. l. 31. d. §. 40.* Sicut alias nuda
voluntas, nuda conventio, & nudus consensus dicuntur,
quæ certa causa desituuntur *l. 7. §. 4 ff. de Pact. l. 15. de
presc. verb. l. 1. de pign. Act. l. 3. §. 5. de Rescind. vend. l. 1. de
R. P.* ubi notandum, quod in ceteris acquirendi juris gen-
tium modis, titulus & modus transferendi idem valeant:
in traditione vero distincti sint.

Th. 30. Sunt verò causæ istæ seu voluntatis expres-
siones I. *Donatio l. 1. ff. pr. Inst. de donat. d. §. 40. Inst. de
Rer. Div.* quando scilicet per traditionem fit, quod ipsum
traditionis verbum evincere videtur *l. 1 §. 35. de m. c. donat.*
nam quæ per stipulationem peragitur, illa producit obliga-
tionem verborum, quæ mater conditionis certi est *pr.
Inst. de verb. Obl.* quæ autem per pactum initur Jure Codicis
parit conditionem *ex l. 35. C. de donat.* ita ut per has actio-
nes traditionis necessitas incumbat donanti *§. 2. J. de don.
d. l. 35.* qui tamen, dummodo dolus absit, non tenetur de
evictione *l. 18. ff. de donat.* nec ultra quam facere potest.
§. 38. Inst. de act. Dn. Praef. exam. jur. 6. quæst. 55. §. 59.

Th. 31. II. *Dotis datio l. 1. §. 1. t. pro dot. pr. Inst. quib. alien.
lic. l. 9. C. de R. V. §. 29. Inst. de act.* nec obstat *l. 30. C. de Jure
dotium.* Nam inspecto initio maritus Dominus fit jure
civili, quoniam dos marito traditur; Inspecto verò effectu
exituque manet naturale dominium apud conjugem;
cum morte mariti aut divortio, & ita soluto matrimonio
dos redeat ad mulierem. *Borscholt. ad all. §. 40. d. R. D. III. Mu-
tuum* quod ex eo, quia de meo tuum fit, per elegantem
magis

magis, quam grammaticam originationem, dictum est
pr. *Inst. quib. mod. re contr. obl. l. 2. §. 2. l. 15. l. 16. l. pen. & ib.*
Cujac. tract. 8. ad African. ff. de R. C. l. 34. ff. mand. l. 1. ff. de
lib. legat. Cujac. in paratit. C. si certi. pet. quare etiam credi-
tor nummos mutuo datos non vindicare, sed condicere
saltem potest. d. §. fin. Inst. quib. alien. lic. alleg. princ. Instit.
quib. mod. re contr.

Th. 32. Sequitur IV. *datio in solutum*, quæ ideo inter
modos acquirendi refertur, quia per eam dominium in
accipientem transit *l. 46. ff. de usucap.* imo sæpè invito
creditor aliud pro alio in solutum recipere tenetur, post-
quam beneficii loco esse cœpit, ut debitor oblatione
bonorum, in vim solutionis paratæ pecuniæ, se ab ultra-
riori molestiâ liberare potest, qua de re vid. *Auth: Hoc*
nisi debitor C. de solut. Nov. 4. c. 3. R. J. de anno 1654. §. 172.
Interdum tamen non planè abdicativè, sed duntaxat re-
vocabiliter dominium in accipientem transit, quod præ-
primis in feudis obtinet, & in hac Provinciâ observatur,
si maximè per adjudicationem fiat.

Th. 33. V. *Permutatione* etiam res ad alterum transfi-
re rectè dicitur, nec ritè contrahitur illa, nisi res tradita
in accipientem transferatur *l. 1. §. 2. de R. P. cum solo con-*
sensu, citra rei dationem non perficiatur, l. 3 §. 4. C. d. 2.
quoniam realis non consensualis contractus est, sicut om-
nes contractus innominati, qui præter consensum rem
vel factum ad sui essentiam requirunt. *d. l. 1. §. 2. ff. d. l. 3.*
C. b. 1.

Th. 34. VI. *Transactio* quoq; valida est ad transfe-
rendum dominium, quando scil. in dando consistit *l. 38. C.*
de Transact. ita ut ne quidem, legitimè factam, à Principe
revocari possit, *l. 16. C. eod.* idq; inde probatur, quod dans,
re evi-

re evictâ, de evictione præstandâ teneatur l. 35. C. d. t. cum aliàs vel ipsum dominium transeat vel usucapiendi facultas concedatur l. pen. C. de Usur. pro empt. vel. transact.

Th. 35. VII. *Emptio & venditio* quin inter titulos transferendi dominium referatur haud est dubitandum, cum venditor rem venditam tradere necessitate legis compellatur. § 1. *Inst. de E. V. l. II. §. 2. l. 30. §. 1. ff. de A. E. §. 2. J. de donat:* cum & contumaci venditori res per lictores possit auferri l. 68. d. R. V. *Frantzck: de A. E. n. 29. & seqq.* Notandum tamen quod dominium emptori, factâ etiam traditione, non acquiratur, nisi ipse precium solverit venditori § 41. d. R. D. Res enim non tam abalienandi animo, quàm pretium consequendi causa venduntur. *Hottom: ad dict: §.* Sed ne hoc inverecundiâ, & diffidentiâ argumentû videatur, Juri fictam pecuniâ præsentiam introduxerunt, ut quamvis pretium solutum non sit; tamen si datis fidejussoribus, vel pignoribus venditori satisfactum, aut fides ei habita sit de precio d. §. 41. l. 5. §. pen: de trib: act: l. 130 l. 19. & 53. ff. d. contrab: empt: l. 38. §. 2. ff. d. lib: caus: venditor non modo præsens pretium numeratum accepisse, verum etiam jam acceptum credidisse censeatur. *Hottom: illust. qu. 12.* quoniam tacita, quam præsupponimus, conditio, non excluditur per nudam traditionem. *Heig. ad. dict: §.*

Th. 36. VIII. *Divisio* etiam hereditatis, quia rerum permutationi valdè similis est, & ad transferendum dominium apta, inter causas habiles meritò refertur l. 20. §. 1. *famil. ercisc. l. 77. §. 8. d. leg. 1.* nec interest sive coheredum arbitrio illa fiat, sive per judicium familiæ herciscundæ expediatur. §. 4. d. offic: jud: l. 1. & t. t. *fam. hercisc.* Eoque IX. ut ab universali ad particulare procedamus, divisio rerum singularum, quæ inter plures communes sunt,

sunt, pertinet, quando scil. id, quod inter plures domi-
nos commune est, vel ex conventionem partium, vel per
judicium communi dividendo separatur, & convenienti-
bus partibus distribuitur. *t. t. comm. divid.* Et IX. non incon-
gruè huc refertur *Adjudicatio*, quæ officio judicis expedi-
tur §. *ult. d. offic. jud.* Quamvis enim sententiæ judicis tanta
vis non sit, ut dominium transferat, id enim foret contra
§. *1. Inst. d. bon. possess.* attamen ex præcedenti jure domi-
nium declarat. *Umm. d. process. diff: 19. n. 53.*

Th. 37. X. *Legatum* etiam inter causas hasce nu-
merari indicio est *t. t. pro legato*. quod etiam ex ipsa defini-
tione legati probatur §. *1. Inst. d. legat.* nec minus ex a-
ctione illa reali, qua legatario licitum est, rem legatam
post mortem testatoris vindicare *l. 1. in fin. d. public. in rem
act.* §. *2. in fin. d. legat.* XI. De hæreditate, sive lege, sive
testamento relinquatur, idem erit judicium, quoniam,
heres successor est in universum jus, quod defunctus ha-
buit, unde juris successor dicitur §. *10. Inst. de test: or din:*
l. 62. d. R. J. l. 24. d. V. S.

Th. 38. Cæterum huc non solum res *allodiales*,
sed etiam XII. *Feudales* pertinent; siquidem per in vestitu-
ram, qua feuda conceduntur, Vasallo utile rerum domi-
nium concedi nequicquam dubitatur *1. Feud §. 2. Feud. 23.*
idque de emphyteusi, XIII. itidem statuendum est, quo-
niam jus illud in re, quod emphyteutæ tribuitur, utilem
rei vindicationem emphyteutæ, ejusque here dibus con-
cedit. *l. 1. Et t. si ager. vectig: vind: junct. §. 3. ubi Dd. Inst. d.
locat: Et conduct.*

Th. 39. Ultimum in tradente requisitū est actus ipse
per quem res ad alium transit *Donell. lib. 4. Comm. c. 17.* uti
enim traditio facti est, ita actum aliquem externum, per
quem commodè explicari possit, requirit. *d. l. II. d. R. J.*

C

interim

interim nimis liberalis in verbis est, *Pufend. d. lib. 4. d. 7. N. c. 9. § 3.* dum ad signa consensum dantis & accipientis declarantia, ut de eo liquidè constare queat, nutum, gestum, vocem, scriptum, professionem apud Magistratum, relationem in acta, & similia enumerat; siquidem non ambigitur inter doctos, veteres *J. C.*ros, tam naturales, quam civiles rationes in alienatione, rerū necessarias, probè considerasse, certosq; modos constituisse quibus rerū possessiones & dominia commode transferri possint. Ne itaq; ex quovis lubrico actu dominia rerum transeant, nutu, voce, & scripto simplici ipsa rerum dominia transferri posse, nulli statuerunt, unde & mihi religio est, vim juris extendere ad illa, quæ citra necessitatē leges & litigia multiplicant. Facto itaque, & non verbis, nec consensu nudo traditionem regulariter perfici, docent *Giphani ad l. 3. d. O. & A. n. 3. Hillig. ad Donell. alleg. loc. lit. A.* Idque per *l. 1. ff. d. pecul. l. 53. d. A. R. D. l. 61. in pr. d. V. S.*

Th. 40. Jam paucis agendum de altero traditionis subjecto, accipiente scil. in quo *Dd.* communiter tria requirunt, potestatem, voluntatem, & actum ipsum. Potestas apprehendendi nemini denegatur, sive sit sui, sive alieni juris, diversa tamen effectus ratione, alii enim sibi, alii aliis acquirunt. *t. t. Inst. per quas pers. l. 10. d. A. R. D.*

Th. 41. Immediatè Patres familias sibi ipsis, mediatè autem per homines liberos, vel per servos sibi acquirunt. Liberi vel sunt sui, vel alieni juris. Sui juris velut per Procuratorem mandatum habentem. *l. 1. C. per quas person. nob. acquir. l. 11. §. pen. d. pign. act. l. 49. §. 2. ff. d. A. P.* siquidem per hunc quis acquirit animo suo & corpore alieno. *l. 3. l. 12. d. A. P. Dom. Præses Exam. 6. q. 38.*

Th. 42. Alieni juris vel patriæ potestati subjecti sunt, qui quicquid olim acquirebant, illud omne Patri acquire-

quirebant, §.1. *Inst. per quas, per son nob. acq.* nam omnia Patris erant, quæ in liberorum manu erant. *Senec. lib. 7. c. 4. de benef.* exceptis castrensibus, & quasi castrensibus pecuniis, quæ filius familias suâ industriâ in militiâ togatâ, vel sagatâ acquisivit, in quibus pater nihil juris habet. *l. 10 ff. de pecul. castrens. l. 3. C. eod. l. 2. C. ad Sctum Macedonian. l. fin. C. d. in offic. testam.* Prius tamen postea Imperatori inhumanum est visum, novâ ergo constitutione, quæ respectu Codicis Novella dicitur, *pr. Inst. per quas pers. nob. acq.* promulgavit, ut in bonis profectitiis i.e. quæ à Patre filio obveniunt, nihil sit mutatum. In adventitiis verò, quæ aliundè ei obveniunt, proprietas maneat filio, ususfructus parenti *cit. pr.* ne, quod ei suis laboribus vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium perveniens luctuosum ei procedat §.1. *per quas pers. nob. acquir.* Quoddam tamen peculium adventitium pleno jure filius habere potest: ut (1) si pater ipsi usumfructum remiserit *l. 6. C. d. bon. qua lib. obv.* (2) Si nolente patre filius sibi relictam hereditatem adierit *l. ult. C. d. e.* (3) Si is, qui ipsi aliquid concesserit, veterit, ne ad patrem ejus ususfructus pertineat. *Nov. 117. c. 1.* (4) Si pater cum filio prædefuncto suo filio simul succedat, tunc enim nullum usum ex filii portione sibi penitus vindicare valet *Novell. 118. c. 2.* (5) quod filio, ob divortium à patre temerè factum, debetur *ex Novell. 134. c. 11.* (6) Quod liberis ob incestas patris nuptias datur. *Nov. 12. c. 2.* (7) Quando filio ususfructus relictus (8) Quando Imperator filios familias aliquid donavit *l. 7. C. d. t. vid. Dn. Præses Exam. 6. q. 77.*

Th. 43. Vel dominicæ potestati sunt subjecti, ut servi. Hi nihil proprium habentes omnia dominis tam scientibus quàm ignorantibus & invitis. *l. 10. ff. de A. R. D. l. 1. in fin. C. per quas pers. nob. acquir.* excepta hereditate, ne

heredem dominum aliis obligent, & hereditariis oneribus
subjiciant *l. 10. §. 1. d. A.R.D. l. 25. §. 4. d. A.H. l. 3. C. d. pact.*
l. 8. §. 1. d. Procur. acquirunt. Servi autem quos bonâ fide
possidemus, vel in quibus usumfructum habemus, illud
nobis acquirunt, quod ex re nostra, aut ex suis operis ac-
quirunt, quod verò extra illas duas causas accipiunt, aut
ad proprietarium, aut ad ipsum, si liber fuerit. *l. 21. 22. ff. d.*
usufr. l. 23. ff. d. A.R.D. §. 4. J. per: quas pers. pertinet.

Th. 44. I. Requisitum in accipiente est voluntas, de
quâ *Thef. 25.* quæ maximè æstimatur ex consensu accipi-
entis *l. 55. ff. d. O. & A. l. 1. §. 3. ff. de pact:* Consensus autem con-
sistit in duobus (1) *in fine*, ut velit rem suam fieri, qui ne-
mini invito aut ignorantem obtrudi quid potest. *l. 69. ff. de*
R. J. l. 156. in fin. eod. l. 19. §. 2. ff. de donat. Finis autem ex
causa præcedenti æstimatur, siue illa sit vera, siue puta-
tiva. *Bachov. disp. 20. tb. 4.* modo utrinque concurrat idem
affectus. (2) *Consensu ipsum corpus: nihil enim acquirunt*
circa corpus errans l. 36. d. A.R.D. l. 34. d. A.P.

Th. 45 II. Apprehendendi actus, seu ipsa rei tra-
ditæ acceptio, requiritur, quæ quanquam significatione,
& re ipsa differt à traditione, hæc enim alienat dominium,
illa verò acquirit, tamen effectu, pro conditione relato-
rum, huic conjunctissima & necessaria est *Donell. all. l. nam si-*
ne acceptio nulla est traditio, quæ dominium transfert,
Connanus lib. 5. c. 9. pag. 536.

Th. 46. Objectum, seu materia circa quam tra-
ditio versatur, propriè res corporalis est, cum res incorpo-
ralis per se & sui natura, quia tactum fugit, usucapionem &
traditionem non recipiat *Cajus in l. 43. §. 1. ff. h. t. §. 40. J. d.*
R. D. l. 24. d. A.R.D. l. 3. §. Si inter d. A.E. Theopb. d. l. Sed
traditionis loco patientia domini est, & usus illius, cui do-
minus jus suum quæri vult. *l. 3. d. usufr. l. 3. §. inter. ff. de*
A. E.

A.E. l. 20 de servit. l. sciendum ff. si servit. vindicet. l. si ego. §. 1. ff. de publ. in rem act. Cujac. l. 19. Obs. 18.

Th. 47. Valet itaque omnium rerum traditio, quarum alienatio non est prohibita, prohibetur autem certarum rerum traditio, vel à lege, vel ultimà voluntate, vel conventionione, vel à iudice.

Th. 48. Lege prohibetur traditio. 1. Rerum Sacrarum i. e. ritè Deo consecratarum. §. 8. J. d. R. D. l. 21. *Auth. hoc ita C. d. S. S. Eccles. Nov. 7. c. 1. Nov. 120. c. 5. Et t. X. d. reb. Eccles. non alien.* Cæterum quæ per se sacræ sunt res, ab illis, quæ rei sacræ subsidio sunt & ecclesiasticæ dicuntur, merito separantur, *Schneidew. ad d. §. Inst.*

Th. 49. Interim etiam res sacræ certis casibus & tradi & transferri in alios possunt, & quidem (1) propter Redemtionem captivorum. l. 21. C. d. S. S. Eccles. l. 36. d. donat. c. aurum. 22. q. 2. non enim absurdum animas hominum quibuscunque etiam vasis & vestimentis præferri. Deus enim, Socrate dicente, nec bibit, nec edit, ergo nec vasis indiget (2) Famis & pauperum alendorum causa. Nov. 120. c. 10. (3) propter sepulturam pauperum c. 70. *caus. 12. q. 2.* (4) Aeris alieni solvendi, quod Ecclesia debet. Nov. all. c. 7. Et 10. *Auth. hoc ius porrectum. C. d. t. t.* ita enim Religioni savendum, ne iustitia lædatur. *Magn. Dn. Pres. Exam. 5. ad d. §. 8.*

Th. 50. Quoniam autem id, quod semel Deo dicatum est, ad profanos usus converti iterum non debet. c. *semel. d. R. J. in 6.* ideo nec templa, quamvis hæresi inquinatâ, iterum ad humana rediguntur commercia, sed potius, abusu superstitioso sublato, ad pium & rectum usum transferenda ac revocanda sunt. *arg. l. 16. d. usuf. Lindem. Ex. 2. tit. 1. tb. 15.* nam Principe haud dignum facinus est, bona Ecclesiæ auferre & sumptus ex piâ devo-

C 3

tione

tionē à Majoribus, ad ministros Ecclesiæ, Scholarum & pauperes alendos, templaqve sustinenda, mancipatos, suo adplicare fisco.

Th. 51. Qvod feudaliū rerum olim licita fuerit, inscio etiam domino feudi, traditio & alienatio *ex 1. F. s. in pr. §. aut §. 1. F. 13. 2. F. 9. 44.* liquet, ast postmodū pro regula feudalis juris tenendum est, feudi alienationem esse prohibitam, nisi domini consensus accedat. Idqve constitutionibus, & quidem *Lotharii. Struv. Syntagm. jur. feud. disp. 1. tb. §. 5.* cujus constitutionis mentio fit. *2. Feud. 3. §. 1. 2. Feud. 9. in pr. 2. F. 24. 26. §. feudum 2. F. 38. 44.* & quidem sub amissione feudi: & Notarius libellum conficiens, amisso officio, infamiā notatur, *2. F. 52.* quem admodum illi, qui in re Ecclesiasticā idem audet, pœnā perpetui exilii dicitur. *l. 14. C. d. s. S. Eccles. & Friderici I. (qui aliàs Anobardus, sive Barbarossa dicitur) quæ habetur 2. Feud. 55.* & est præteritarum alienationum annullatrix, nullitatis vero antea constitutione Lotharii introductæ declaratrix, & pœnæ Notariis eādē constitutione præstitutæ manus amputatione auctrix *Reiter. d. tract. p. 2. c. 5. sect. 5.*

Th. 52. Nec hisce Imperatoribus, ad promulgandas ejuscemodi constitutiones, impulsivæ rationes defuerunt, tum, ne Vasalli, quibus feuda, ad servitia militaria, necessitatis tempore præstanda, erant concessa, distractis illis, ad servitia dominis præstanda minus idonei fiant. *2. Feud. 52. 55.* tum ne postea dominum contempnant *2. Feud. 24. §. fin.* aut ejus conditionem deteriore reddant. *2. Feud. 8. §. 1.* aliumqve Vasallum domino nolenti & invito obrudant. *2. Feud. 12. Borcholt. d. tract. c. 8. n. 34. Ludov. d. feud. c. 17. Reiter. d. loc.*

Th. 53. Sed hæc prohibitio patitur exceptionem, si Dominus feudi consenserit in alienationem *c. un. 22. Feud.*

Feud. 48. c. un. 2. Feud. 55. c. un. §. si verò 4. Feud. 73. c. un. d. succes. Feud. nec refert siue consensus ille expressus sit, an tacitus. Expressus explicatur, si ad interrogationem Vassalli, siue verbis, siue literis, dominus respondeat affirmative. Tacitus, si præsens traditioni sit, nec contradicat, cum contradicendo actum impedire potuisset. arg. l. 4. §. ult. ff. d. fidej, tut. & hanc sententiam defendit Reiter. d. tr: & loc. sect. 7. qui secutus est Clarum. d. feud. quest. 31. §. fin. Schraderum. p. 8. c. 4. n. 2. Fachin. 7. Controv. 80. Scurf. c. 1. Conf. 41. n. 3. Myns. cent. 4. obs. 77.

Th. 54. Emphyteusis etiam, quia aliquam cum feudo similitudinem habet, irrequisito domino vendi & ita tradi cum effectu ab Emphyteutâ non potest, quin hic jure suo cadat l. 3. C. de Jur: Emph: Eich: ad l. 2. C. d. t. n. 2. Gail. 2. obs. 25. n. 6. donare tamen agrum vectigalem, aut permutare, vel etiam legare is, qui utile dominium habet, non prohibetur l. 1. C. de fund: patr. l. 2. C. ne rei dom. vel templ: l. 71. §. fin. ff. de leg: 1.

Th. 55. Rerum quoque adjuvandos hostes pertinentium, ut auri ad milites conducendos. l. 2. C. d. Commer: l. 25. C. d. pæn. c. 6. X. d. judeis. esculentorum, & poculentorum. l. 11. in pr: d. publ: & vectig. & c. ne ad gustandum quidem vinum. l. 1. C. quæ res exportari non deb. translatio illicita est, minus ut omnis generis arma, & quicquid est materiæ ad ea conficienda vel acuenda, eò deferantur d. l. 11. id enim sub pœnâ capitali, & confiscatione bonorum est prohibitum. d. l. 1. Nov: Leon: 69.

Th. 56. Ultimâ voluntate interdici potest traditio rei legatæ, vel hereditariæ, ita tamen ut illa prohibitio sit justa, rationabilis & legibus publicis consentanea, quia lex privata publicas imitari debet. l. 114. §. 14. d. leg. 1. At prohibitio simpliciter à testatore facta, in favorem

rem ipsius cui quid relictum est, facta censetur, qui postea proprio favori renunciare potest *l. pen. C. d. pact.* talis enim dispositio potius vim habet consilii, quam præcepti *l. 24. §. 8. ff. d. fidei com. libert. l. 77. §. 24. ff. d. leg. ii.* necessitax ad impediendam alienationem est, *l. all. ii. 4. 38. §. 4. l. 39. ff. de legat. ii.* Rationabilis autem est, si vel expressè causa prohibitioni addita sit, ut serventur in familia res à maiorib⁹ acceptæ, & ut inde alimenta posteris præstentur: vel tacitè causa prohibitionis inquiri possit, veluti quando testator turrim vel monumentum quoddam haberet, quod tutela ac refugium suorum agnatorum esse posset, tunc enim satis valida prohibitio præsumitur. quo omnis fidei commissorum materia referenda est. *l. i. C. de fideic. Sand. in Decis. Fris. l. 4. tit. 5. def. 5. & seqq.*

Th. 57. *Conventione* etiam, dummodo probabilis illa sit, traditio in hibeatur, veluti si quis servum suum ea lege alienaverit, ne manumittatur, propter hanc conventionem servus ad libertatem pervenire nequit. *l. pen. C. si mancip. ita fuerit alien. ut manum l. contr. l. 9. ff. d. manum. l. 9. in fin. ff. qui & à quib. manum. non lic.* eo etiam referuntur fidei commissa conventionalia, per quæ bona immobilia extra familiam non transeunt, sed plurimum ad majorem domus devolvuntur, Unde Germ. *Stamm- und Meyer Güter* quæ in circulo Westphalico, nec non Ducatu Bremensi, passim occurrunt *Speid. Wehn. & Besold. in Thes. Pract. d. v.*

Th. 58. Prohibitio quæ ex nobili, sive extraordinario officio Judicis descendit vocatur aliàs mandatum, decretum & præceptum de non alienando, item inhibitio, interdictū: & tunc locum habet, quando spectat publ. interesse, aut tertii alicujus privati commodum: exemplum est in *l. 8. ff. d. pollic. & hujus prohibitionis tanta vis est, ut nequeat usucapere is, qui ab eo emit, quem Prætor alienare vetuit. l. 12. ff. d. usurp. & usucap.*

Th. 59.

Th. 59. De formali traditionis ex superioribus, & præcipuè ex *ib. 3. 6. 8. 9. 10. 12. 30. & seqq.*: constare aliquo modo potest. Ut a. hicaltiùs repetatur, consistit in ipso traditionis actu, consensu tradentis pariterque accipientis, per idonea voluntatis signa, declarato, vid. *1b: 29.* uti autem, illa interna agentium voluntas factum externum exigit, *l. 11. d. R. 7.* ita illud non tantùm in datione rei mobilis, & inductione rei immobilis consistit *Theoph. d. § 1. 34. ff. de A. P.* Sed ex aliis etiam figuris, animi voluntatem expressè vel tacitè explicantibus, colligitur, quarum ex unâ duntaxat res transit, *l. 3. §. 4. de A. P.*

Th. 60. Quæ admodum autem alia solennis alia minus solennis est, ita olim mancipationis nexus in rebus mancipi, oppositivè ad res nec mancipi, requirebatur. vid: *Bris: b. v. Petr: Greg: d. l. n. 7. Ulp: in fragm: tit. 9* quas Legum subtilitates Imper: Justinianus sustulit, *l. un: C. de nud: jur: Quir: tol: ubi DD.* Jus etiam Saxonicum, cujus filia dicitur Jus Lubecense, in rebus immobilibus transferendis judicialem cessionem & abdicationem, Germ: eine gerichtliche Verlassung/ desiderat, *Mev: ad Jus Lubec. l. 3. t. 6. a. 1. 2. Berl. p. 2. D. 5.*

Th. 61. In feudis etiam concedendis traditio, quæ per investituram fit, recepta est, ipsumque actum, quo jus feudi acquiritur, designat *1. F. 25. 2. F. 1. 2. 11. & 33.* Germanicè die *Belehnung* *Vult. l. 1. de Feud. c. 7. n. 6.* rectiusvè hoc significatu cum *Struvio D. 8. 1b. 2.* per actum, quam cum *Schnobelio D. 5. 1b. 3.* per contractum definitur argo *l. 19. de V. S. juncto 2. F. 23. 25. 33.* quia conventionem aut Symbolo abusiva dicitur investitura fieri *2. F. 2. pr. §. fin. 4. 7. Carpz: de Feud: D. 6. 1b. 2.*

Th. 62. Unde etiam à *Rosentb: de Feud. c. 6. concl. 11. Struv: d. l. 1b. 6. Myns: cent: 4. obs: 61. & Aliis,* rectè negatur,
D tur,

tur, quod per abusivam investituram possessio vel utile
dominium in vasallum transferatur; nam quoniam id ju-
re feudali specialiter non est constitutum, jus commune
potius tenet *arg: l. 20. C. de pact: cui ipsum Jus feudale neu-
tquam adversatur, 2. F. 2. pr: c. 7. §. 1. Hart: Pist: 2. Q. Q.
Ill 27. n. 42. Gail: 2. O. 151. n. 14. nisi in presentia rei feudalis
facta sit, vel vasallus ex ante rem possideat arg: §. 43. de
R. D. l. 1. §. 21. l. 18. ff. de A. P. l. 74. de C. E. Sunt autem
signa quibus investitura expediri solet, gladius, vexillum,
sceptrum, annulus, hasta, baculus, vel similia symbola,
voluntatem domini explicantia de quibus, *Uult: l. 1. c. 7.
Wes: c. 8. n. 11. Sonsbec: p. 9. n. 2. Borcb: c. 7. de Feud. n. 5.**

Th. 63. Hinc feuda regalia, si ecclesiastica, per
vexillum, si secularia, per sceptrum, olim concedi ab Im-
peratore siveverunt, unde Germ. *Sahnen und Scepter Lehn.
Spec: Sax: l. 3. a. 20.* Quibus Status & Principes Imperii
in publicis comitiis fuerunt investiti *Marq: Freb: ad Petr:
de Andlo l. 2. c. 15.* Postea autem missis illis solennibus, quæ
tamen gloriosè peragebantur, investitura regalium feu-
dorum in aula Imperatoris peragi solet, ubi, præstito fi-
delitatis juramento, investiendus porrectum ab Impera-
tore gladii capulum adprehendere & deosculari solet
*Arum: de Comit: c. 8. n. 71. Carpz: de Feud: ad D. 7. Q. fin: & ad
L. Reg. c. 10. §. 9. Limn. de 7. P. lib. 4. c. 7. n. 33.*

Th. 64. Beneficia etiam ecclesiastica sine canoni-
câ institutione non possunt ritè obtineri *c. beneficium de
R. J. in 6. ibique Dyn.* Illa autem institutio, nihil aliud est
quam officii, dignitatis, aut præbendæ concessio, vocatur-
que institutio corporalis *Pac. in Isag. Decret. de Instit. & ibi-
dem canonistæ communiter.* Ist hæc etiam peragitur per
traditionem annuli, & clavium. *G. Thol. d. l. Majc. de prob.
Concl. 184. n. 4 8, 10, 11.* probatur etiam in *c. 2. ext. d. consuetud.*
recepta consuetudo Regni Daciæ, ut fundos donatos
tradi;

tradidisse Ecclesiæ donator videatur, delatâ unâ glebâ in
Ecclesiâ, & vel altari impositâ, vel traditâ in manum E-
piscopi, qui modus rei transferendæ ibi dicitur scotatio,
aliis autem scotatio *Wisemb. ad Inst. D. 10. 1b. 37. Petr. Gre-
gor. d. l. n. 10. Calv. h. v.*

Th. 65. Cæterum usitatiores modi, tam veræ,
quàm fictæ traditionis passim ex legibus eruuntur *argt. l. 3
§. 21. d. A. P. de quibus etiam 1b 29. & seqq.* ex parte actum-
est, quibus ipsa voluntas dantis & accipientis per actus ex-
terni adhibitionem declaratur, uti sunt DATIO *pr. 7. quib.
mod. re contr. Obl. PRÆSTATIO l. 34. d. O. & A. l. 31. de A.
E. INDUCTIO l. 52. l. 53. d. A. P. l. 12. C. d. prob. CONSTI-
TUTUM POSSESSORIUM, quo quis, quod ipse posse-
dit, alterius nomine possidere incipit. l. 18 ff. d. A. P. POR-
RECTIO CLAVIUM, l. 2. C. d. peric. & commod. rei vend.
l. 9 §. 6. d. A. R. D. l. 1. §. 27. d. A. P. INSTRUMENTORUM
l. 1. C. d. donat. FRENI ET CELLÆ, quibus equus duci-
tur. *Mascard. d. probat. Concl. 1185. n. 4. s. 6.* OBSIGNATIO-
NE trahium aut tignorum l. 14 §. 1. d. peric. & com. rei vend.
nec obst. l. 1. §. 2. eod. vid. *Frantz. ad d. t. n. 38.* APPOSITI-
ONE CUSTODIS. l. 51. d. A. P. *Mascard. Concl. 1186.* CON-
SIGNATIONE scil. arborum, Germanicè die Bäume mâr-
cken oder stämmen. d. l. 4. in fin. ff. d. per. & commod. rei vend.
DEGUSTATIONE VINI l. 1. §. 4. d. t. *Hottom. illust. quæst. 12.*
OBLATIONE ET DEPOSITIONE PECUNIE l. 19. C. de
usur. RETENTIONE seu RESERVATIONE USUSFRU-
CTUS l. 28. C. de donat. ibique *Brunnem. Mascard. Concl.
1188.* PROJECTIONE MISSILIIUM §. 46. *J. d. R. D.* AD-
JUDICATO §. ult. d. offic. jud. DERELICTO §. pen. d. R. D.
CESSIONE jurium & actionum l. fin. C. qn. fisc. vel priv. l.
49. §. ult. d. A. P. *Frantz. de var. res. 8. n. 2. & seqq.**

Th. 66. Astres, quæ obortâ tempestate levandæ
navis causâ ejectæ, vel rhedâ currente prolapsæ, & amissæ

D 2

sunt

sunt, cum propositum & animum abjiciendi non adsit, pro-
derelictis habendæ non sunt, sed manent omninò domi-
norum: cum & furtum committat, qui illas, non restitu-
endi animo, occultat. *l. 18. C. de furt. §. ult. Inst. d. R. D. l. 8.*
ff. ad L. Rhod. d. Jact. Quicquid enim tuum non est, scias,
ad alium pertinere. *l. fin. C. Unde vi.*

Th. 67. Nec meliori jure utuntur, qui naufragor-
um bona fisco suo attribuunt, cum nec major possit esse
injuria, quamcum, injuriam passo, injuria infertur, & ex al-
terius calamitate lucrum atque compendium paratur.
Aut. Navigia. C. d. furt. l. 1. C. d. naufr. C. C. art. 218. Grot. d.
J. B. & P. lib. 2. c. 7. hujuscemodi enim duræ & pravæ con-
suetudines, uti legibus civilibus severè improbantur, ita
Cænonum Jure excommunicationis pœnam merentur.
c. excom. X. d. rapt. Speckban. Cent. 3. Cl. quest. 45. Idque
Jus Bodinus Barbarum vocat. *lib. 1. de Republ. c. 10. & pag.*
m. 170. Mera enim injuria est, nullâ causâ præcedente vel-
le alicui suum auferre, & ita ex alienâ calamitate compen-
dium sectari, idque quod fato quodam singulari servatum
est, in valido legis præsidio sibi tribuere. *Dn. Pras. d. 9. 90.*

Th. 68. Finis traditionis est, ut accipiens re sibi
traditâ pro lubitu frui, ac liberè de ea, nisi vi aut jure pro-
hibeatur, disponere queat *l. 9. C. d. jud.* Unusquisq; enim,
qui rerum suarum moderator, & arbiter est, etiam ple-
nam habet administrationem. *l. 21. C. Mand:* nec propter
abulum, nisi egregio publico, vel tertii juri noceat, puni-
tur. *l. 25. §. 1. ff. d. hered: petit:* ut nec prohibeatur easdem
projicere. *l. 55. ff. d. condit: & demonstr:* imò, qui domi-
num turbat in usu rei suæ injuriarum actione tenetur.
l. 13. §. fin. l. 24 ff. d. injur: l. 2. 25. ff. d. A. E.

Th. 69. Effectus primus traditionis est, ut, si à vero domi-
no possessionis translatio fiat, ipsum dominium transeat
per

per possessionem in accipientem. d. §. 40. d. A. R. D. l. 12. C.
d. probat. l. 2. §. 1. l. 3. pr. §. 1. d. A. E. Si verò à non domi-
no, dummodo bona fides, & justus titulus, nec rei tradi-
tæ vitiū adsint, usucapiendi facultas, d. l. 20. C. d. pact. §. 3. &
5. Inst. per quas pers. l. 3. d. usuc: Ita autē transiisse intelligitur
isthæc possessio, ut nec, quod semel traditū est, repeti que-
at, nequidem à Principe, & quidem ex plenitudine, ut lo-
quuntur Dd. potestate, id enim in leges Juris Gentium,
quas Princeps presè servare tenetur, impingeret, quippe
quo rerum dominia sunt distincta. l. 5. ff. d. J. & J. & facta in-
justa prohibita. arg: l. n. d. R. J. l. 2. C. d. precib. Imp. offe-
rend: & c. l. 4. C. d. emancip. lib. l. 35. pr. C. d. inoff. test. c.
quamvis in 6. Vasquius 1. Illustr. quæst. 5. n. 13.

Th. 70. Quod autem Pufend. d. l. §. 4. ex Grotio
l. 2. c. 6. n. 2. & c. 8. n. 25. traditionem ad translationem do-
minii de jure civili positivo requiri, idque ex recepto im-
propriè dici jus gentium, statuit, id mihi, nisi cum grano sa-
lis accipiatur, haud sit verosimile; nam si de solenni illa tra-
ditione quæstio fuerit, quæ olim fiebat per nexum eman-
cipationis, & hodie per judicialem cessionem, insinuatio-
nem & inscriptionem arg: §. 2. Inst. de donat, juncta tb. 60.
res omni caret dubio, cum hujuscemodi solennitates ci-
viles lex naturalis ignoret. Si autem de simplici illo tra-
ditionis modo, quo mediante causâ vel titulo, puta ven-
ditionis, permutationis, mutui, donationis &c. res ad alios
transferuntur, quæstio moveatur, nulla subesse viderur
decidendi ratio. Ulti enim illi contractus sunt juris gentiū,
ita etiam quæ ad effectum illorum pertinent, ut possessio-
nis & dominii translatio ejusdem juris sunt. Ejusdemq; va-
liditatis distinctio me jus §. 6. propositam, judico, ubi na-
turalem possessionem vult esse quæ fit animo & corpore,
civilem a. quæ fit corpore tantum; mihi enim illa est, quæ

D 3

fit

fit citra animum domini, hæc autem animo sibi habendi.
l. 13. §. 1. de publ. in rem act. l. 1. §. 2. uti possid. l. 6. de A. P.

Th. 71. Effectus secundus consistit in actionibus, quæ ex traditione ritè factâ oriuntur, & accipienti ejusve heredibus dantur. Sunt autem vel ordinariæ, quæ respiciunt petitorium, vel extraordinariæ, quæ ad possessorium referuntur Judicium. Danrur enim illæ vel bonæ fidei possessori, quatenus is rem à non domino, ex justo titulo, accepit, nec tamen usucapionis tempora, ut directâ ac civili actione se tueri possit, adimplevit: quæ actio proinde est Prætoriana & vocatur Publiciana in rem actio. *t. t. de publ. in rem. act.* Vel dantur illi qui rem à vero domino sibi traditam accepit, atque ita dominium acquisivit, & vocatur rei vindicatio *t. t. de R. V.* Quoniam autem dominium illud modo directum, modo autem utile est, ideo etiam vel directâ vel utilis competit rei vindicatio, pro jure in re, quod cuique, plenè vel minus plenè competit.

Th. 72. De possessione autem competunt interdicta, quæ Prætor, cum civiles actiones deficerent, ad finendas possessionum controversias, proposuit *Wesemb. de interd.* adeoque cum de possessione vel quasi civilium actionum formulæ non essent, ipse Prætor ex æquo & bono, non dato judice pedaneo, interdixit, & ita actiones extraordinarias constituit. *pr: Inst. de Interd. §. ibi Manz. & Vinn.* Uti autem illa interdicta ratione litigantium, & effectus, vel sunt adipiscendæ, vel retinendæ vel recuperandæ possessionis. *l. 2. §. 3. ff. de Interd.* ita diversam etiam qualitatem illa interdicta, seu remedia possessoria, quæ hodiè Mandata dicuntur, induunt.

Th. 73. Est autem publiciana in rem actio, quâ is, cui ex justâ causâ res aliqua non vitiosa tradita & nondum, per continuationem possessionis, usucapta sed casu amissa

amissa est, à tertio possessore repetit. Prætor enim singulari æquitatis ratione motus, perfectionem juris, concessit, ut b. f. possessor dicat se usucepisse quod nondū usucepit.

Th. 74. Ut verò hæc actio competat, plura concurrere debent requisita, scil. ut res à non domino, ex justâ causâ ad transferendum dominium habili, sit tradita *l. 1. §. fin. l. 2. 3. 4. 5. 6. ff. de publ: in rem act.* accipiens autem ignoret injustam possessionem: potius sibi persuasum habeat, se rem à vero Domino accepisse, quamvis titulus fuerit putativus *l. 7. §. 2. 4. 16. 17. ff. d. t.* nec tamen tempora usucapionis vel à parte actoris vel à parte rei sint impleta, quia tunc de dominio competeret actio civilis, vel exceptio, quæ hanc actionem excluderet *l. 1. §. 1. d. t. l. 20. de A. R. D.*

Th. 75. Si autem per traditionem dominium fuerit in accipientem translatum, huic, ceu vero rei domino datur actio civilis, quam leges rei vindicationem vocant, *l. 1. §. 2. 3. ff. de R. V.* Uti autem hæc actio datur domino *l. 23. ff. d. t.* ita hic cum eo agit, qui nullo quidem jure ei obligatus est, sed duntaxat rem ejus corporalem possidet *§. 1. Inst: de act: l. 9. ff. d. t. l. 25. ff. de Obl. & act:* possessor autem hic intelligitur qui quovis modo rem detinet. *l. 27. §. 3. l. 36. ff. b. t.*

Th. 76. Quemadmodum autem dominium sive civile illud sit, sive naturale *l. 32. b. t.* aliud directum est, aliud autem utile: quorum illud illi competit qui vel plenum habet dominium, vel minus plenum, sed directum. tamen *l. 66 ff. l. 9. C. h. t.* ita actio hæc vel directa est vel utilis: quarum hæc illi datur qui præter nudum usufructum jus in re habet, unde hujuscemodi actio oritur *l. 1. §. 1. ff. si ager vect. 2 F. 8.* quæ etiam cessionario tribuitur *l. ult. de hered. vel. act. vend:* Et quamvis sint, qui distin-

ctio.

ctionem illam, directum inter & utile dominium, infringere velint, illi tamen in pragmaticas Imperii leges potius impingunt, quam ut vera juris praecepta tradant. vid. *Instr. Pacia. passim.*

Th 77. Ad remedia possessoria nanciscendæ, seu adipiscendæ possessionis *Petr. Greg. d. l. n. II.* refert interdictum **QUORUM BONORUM** *l. 1. quor. bon.* **QUOD LEGATORUM** *l. 1. quor. legat.* & **SALVIANUM INTERDICTUM** *l. 1. d. Salvian. interdict.* junct. §. 3. *Instr. d. interdict.* Cæterum mandata, quæ pro retinenda possessione solent dari, traditionis effectum etiam ingrediuntur, quoniam civilis & naturalis ratio svadet, ut alius possideat, & alius à possessore petat, quod judex suo interdicto solet præliminariter decidere. §. 4. *Instr. d. t. l. 3. C. d. interdict.* l. 13. *C. d. R. V. l. 62. ff. d. judic.* hinc interdictū **UTI POSSIDETIS** de rebus immobilibus, interdictū autē **UTRUBI** de rebus mobilibus, dummodo quis non injustè *i. e. nec vi, nec clam, nec precario* possideat, competit, *d. §. 4. l. 1. Uti possed. l. un. Utrub.* in quibus de jure canonico is vincit, qui antiquiorem, & justiorem possessionem habet. *e. licet. X. d. probat.* Interdictum etiam recuperandæ possessionis, quod in legibus **UNDE VI** vel **DE VI ET DE VI ARMATA** *t. t. ff. de vi & vi arm. l. un. C. unde vi.* jure canonum autem actio spoliū vocatur. *e. retintegranda. 3. q. 1. §. t. t. X. d. restit. spol.* omninò ex legitimè facta traditione datur, ut spoliatus ante omnia restituatur *d. c. redintegranda.*

S. D. G.

Flori-

Florentissimo Domino AUCTORI

Convictori suo suavissimo.

Tertia completur, ter lapso frigore, messis
Cum te Rostochii munit Alma Themis.
Hinc Themis & melior virtus exaquat olympo
Te, qui tradisti Traditionis opus.
Gratulor inde Tibi, felicibus utere fatis
Et felix tandem culmen honoris adi.
Cum voto prosperrimi studiorum successus scripsit

PRÆSES

Politissimo Eruditissimoque

DN. Boyen/

De TRADITIONIBUS publicitatis dissertatio;

Quid sit *Traditio*, vel quò se porrigat usque,
Sic satis eximie per tua JURA doces.
Hæc tua *Traditio* CANONUM tibi *tradet* honorem;
Sic ego per verlus jam tibi *trado* meos,
Porroq; ceu vates non vanus, signo futurum,
Ut decus hoc CANONUM mox quoq; *tradat* opes.
Forsq; ibi non animi fallar, si dixerò tandem;
Hac tibi se *tradet* *Traditione* VENUS.
Quòd si *tradideris* similis post plura farina,
Traditor in solidum qui vociteris, eris.
Rumpe moras, JURIQ; tuo te *tradere* perge;
Nusquam *tradetur* rectius iste labor.
Tum neq; quòd studiis sumtus satis impiger istis
Tradiderit, pigeat pœniteatvè PATREM.

LMQ. scrib.

H. Dringenberg/Hebr. linguæ, & Catech.
Christ. Profess. Facult. item Philosoph.
SENIOR.

Multis

Multi percipiunt ascendere culmina bonorum;
Illi sed tendunt impare ad illa Via,
Te verò tantum iuvat impalescere chartis,
Et tractare illas nocte dieque manu,
Quod Mundo SOL est; hoc JUS Mortalibus, ille,
Sole carere; nec hi jure carere queunt;
Hinc tu si perges, peragrare volumina Legum,
Cum paucis dignum nomen opesque geres.

Præstantissimo Dno. Respondenti Amico à paucis
primo histe applaudere voluit


Albertus Willebrandt.


Publica dum scandis generosa Pulpita mente,
Ingens Juridici Fama futura Ghori;
TRADITIONE Tua TRADIS Tua DONA ROSETO,
Et quod Apollo Tibi TRADIDIT atque Deæ,
Nam Tua mens pulcris sese virtutibus usque
TRADIDIT, & coluit tresque novemque Deas,
Nunc victus nulli TRADAS, Clarissime, dextram,
Sed victor seclis Nomina TRADE Tua.
Ingenio quæsitus honos nullo interit ævo,
TRADITUR hic seclis innumerabilibus.
Ecce! Tuas Phœbus venienti TRADERE seculo
Spondet virtutes, ingeniique Decus!
Nunc, precor, exiguum hoc nostri cape fœdus amoris,
Et Te TRADE mihi, ut me quoque TRADO Tibi.

*Hisce felicibus Pereximii Dni. Respondentis amici sui fra-
torne dilecti sonatibus ex animo gratulatur*

Johannes Garmer.











gumentum ex quibusdam legibus del
momenti habet, quo minus leges a di
dium productae eorum sententiae pat
enim primo ad constitutionem Imper
NIANI ET VALENTIS *i*) iam supra (S
tinet, secundum quam *litigator victus i*
bitione tenèatur, nec tantum fructuum prae
ipse percepit, agnoscat, sed etiam eos, q
set, non quos eum redegisse constat, exsol
ex quo re in iudicium deducta SCIENTIAM
SESSIONIS ADCEPIT; verba eius postren
fidei possessionis adcepit, non pro adiectio
pro adiectione declarante habenda sunt,
omnibusque aliis legibus conuenienter
ex quo eo ipso, quod res in iudicium deducta
exitum scire debet, se ciuilitè pro malae fidei
inde effatum SCTI PAVLLI *u*) iam supra
quod scilicet bonae fidei possessor her
post litem contestatam in modum praec
et casum petitori, etiamsi hic rem fuisset
stare debeat, egregie quidem probat, b
rem per litem contestationem in mala fi
contra principia naturalis aequitatis, *sa*
verum neutiquam ostendit, ipsum etiam
dum quid, scilicet quod ad praestatione
culpaè, post eam malae fidei possessori es
Immo contrarium ICTUS in hac lege ec
innuit, quod regulam generalem in o
DRIANI stabilitam: *vt post adceptum iud*

F 2

i) In L. 2. C. de fruct. et lit. expens. VII. 51.

u) In L. 40. pr. D. de heredit. petit.

43

minus
in me-
Quod
LENTI-
tam at-
ei redhi-
um, quos
e potuis-
tempore,
DEI POS-
m malae
ate, sed
turalem
habent:
tum litis
eri. De
datum,
quidem
litem
s, prae-
offesso-
non,
nstitui,
secun-
etiam
ndum.
bscure
i HA-
i prae-
stetur,

